



LIBRI PRIMI,
De vero Christianismo.

CAPUT I.

DE IMAGINE DEI IN
homine.

Ephes. 4. *Renovamini spiritu mentis vestrae : & induite novum hominem qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis.*

IMAGO Dei in homine, est cōformitas sive similitudo hominis quoad animam, intellectum, Spiritum, mentem, voluntatem, omnesque cum internas tum externas corporis ac animæ facultates; cum Deo seu Sacrosancta Trinitate, cumque universis illius divinis attributis, virtutibus, voluntate & proprietatib⁹. *Faciamus* (quæ sunt verba, ut sic dicam, Senatusconsulti Sacrosanctæ Trinitatis Genes. i.) *hominem ad imaginem & similitudinē nostram,*

LIBER I.

B

&